

DE
S P O N S A L I B V S.

ET MATRIMONIO.
I N I N T E R P R E T A T I O N E M

Tit. decimi, Libri Primi Institutionum.

Singularis, & elegans Tractatus.

*In quo omnia quæ ad Matrimonialem materiam
pertinent & hactenus ab alijs diffusè expli-
cata fuerunt, admirabi ordine breuita-
te & facilitate explicantur.*

A V C T O R E

THADEO PISONE SOACCIO I. V. D.

Olim in Pisano, nunc in Patauino Gymnasio Sacro-
rum Canonum Professore Ordinario.



VENETIIS Anud Robertum Meiegum 1598
COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO RICGV M

PERILLVSTRI
ET GENEROSISSIMO
IVVENI

ALOYSIO ORICELLARIO

Thadæus Piso Soacius.
S. P. D.



NONVS nunc agitur annus, Perillustris, & Nobilissime Aloysi, quo ego inter Iuris Canonici Professores in Pisano Gymnasio à Serenissimo Ferdinando Mediceo, Magno Etruria Duce, in locum Petri fratris mei à Salernitanis tunc temporis in eorum Gymnasium accedit, collocatus fui, eodem tempore etiam, quo Pater meus in eodem Pisano Gymnasio Ius Ciuale matutinum in prima sede profitebatur. Tunc Fortuna cœptis, & studijs meis aliquantum fauere videba-

a 2 tur:

DE N V P T I I S

TITVLVS DECIMVS.

Libri Primi Institutionum.

S V M M A R I V M.

1 Continuatio & concordantes Tituli.

2 Nuptiarum usus multiplex est.



C C E D A M V S ad Titulum de Nuptijs, qui continuatur hoc pacto. Di-
ctum fuit in Tit. precedenti, quod in
potestate parentum sunt, Nati ex iu-
stis nuptijs, legitimati, & adoptati;
Ideo ut nemo hesitare possit, que nam
sint iuste nuptie. ponit † Titulus iste,
in quo declaratur, que sint iuste nu-
ptie, & concordat in ff. Titulus, de
Ritu Nupt. in C. & Authen. Tit. de

Continuatio.

Concordan-
tes Tituli.

Nupt. & in Iure Canonico Tit. de sponsal. & Matrim. Verum
quia inter præcipuas materias Libri primi Institutionum me-
rito numeratur Tit. de Nup. cuius † multiplex est usus non so-
lum in iure nostro, sed etiam in Theologia, philosophia mora-
li, & in alijs vitæ humanae negotijs, & quoniam etiam materias
istas nuptiales alijs anno 1590. publice in almo Pisarum Gy-
mnasio Sacrorum Canonum interpres explicauit, eodem tem-
pore, quo Pater meus in eodem Gymnasio honorificentissimo
stipendio ius Ciuale in prima sede de manu profitebatur, & Pe-
trus Frater apud Salernitanos primario loco ius ciuale pariter
docebat, quarum principalissime, & difficillime quæsiones à
me circularib. disputationib. discussæ fuerunt cù multum Re-
uerendo ac excellentissimo Collega meo Vincètio Mazzolio
Canonico Cathedralis Ecclesiæ Pisanae dignissimo Viro ad-
mirabili venuſate dicendi ornato, acri, & subtili disputandi in
genio prædicto, Ideo ut Titulus iste celeberrimus rectius in-
telligi queat, causas has matrimoniales aliquanto latius decla-
rabo, non sic seruato ordine textus; Sed primo de spōsalibus,
que nuptias & matrimonium præcedere solent: deinde de Nu-
ptijs & matrimonio, legitimatione alijsq; ad hanc materiam
pertinentibus iusto ordine, facilitate & breuitate discram.

A D E